



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Matrimonium VIII. de impedimentis in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Sponsalia clandestina valida sunt etiam post Trid. ibidem.

MATRIMONIUM VIII.

De impedimentis in genere.

DVplex est impedimentum. vnum impe- A
diens tantum: alterum impediens ac di-
rimens. Diciturque dirimens, non quod dis-
soluat matrimonium legitime contractum
ante huiusmodi impedimentum, sed quia
contrahentes post illud peccant mort. & ma-
trimonium est nullum. cap. 22. num. 29.

Qui credens impedimentum esse dirimens,
quamuis non sit, contrahit, peccat mort. &
matrimonium non valet, si credebat illud
non valere: alias sic. num. 49.

Non tenetur alter coniugum credere B
subesse impedimentum dirimens, eo quod
vnus testis etiam fide dignus iuratus, & ami-
cus, & proprius parochus id affirmet ei.
num. 82.

Matrimonium contractum ab ignorante
impedimentum dirimens, non incipit vale-
re per solam cessationem impedimenti: sed
requiritur nouus consensus, concessa ei qui
ignorauerit libertate renunciandi, seu re-
nuendi. Satis tamen datur libertas quando

L1 5 decla

declaratur impedimentum, etiam in genere, & non cogitur ad contrahendum. cap. 22. num. 47.

¶ **C** Matrimonium nullum ob aliquod impedimentum dirimens, non incipit valere propter dispensationem denuò superuenientem, nec per solam cohabitationem, & copulam subsequenter, nisi adsit nouus & mutus consensus. num. 76. & 86.

Inter infideles potest dari impedimentum dirimens per eorum leges. Non tamen comprehendunt eos impedimenta Ecclesiastica, quantum ad matrimonia contracta in sua infidelitate. num. 49.

Aliquod impedimentum dicitur iuris naturalis, quia ex se dicit indecentiam, non tamen tantam, ut absque lege positiua diuina, vel humana obliget, & ita non constituit ius naturale. num. 84.

Excommunicatio non est impedimentum dirimens. cap. 9. num. 2. & cap. 22. num. 81.

Sciens aliquem cognouisse consanguineam eius, quam vult ducere, tenetur denuntiare. cap. 16. num. 58. cap. 18. num. 54.

Peccat mort. qui iussus sub excommunicatione, non denunciat impedimentum quod scit. cap. 22. num. 83.

Si impedimentum est occultum, & ortum ex peccato, qui illud scit, debet prius secreto mone

monere: quòd si non sufficiat, denunciet Superiorem, quamvis probare nò possit; quoniam ad impediendum matrimonium nondum contractum, sufficit testimonium vnius. Si verò credit ex denunciatione magnum futurum scandalum, non tenetur denunciare, quamvis probare possit. num. 83.

MATRIMONIUM IX.

De impedimentis impedi- bus tantum.

Septem sunt delicta, quæ impediunt, & non dirimunt Matrimonium.

I. Incestus, qui propriè est solus accessus ad consanguineam, vel affinem in gradu prohibito. cap. 22. num. 74.

Primò, Ex omni incestu oritur impedimentum affinitatis impediens & dirimens. Secundò, Ex incestu cum affine admissò durante matrimonio oritur impedimentum contrahendi cum quacunque alia. Tertiò, Ex incestu cum consanguinea, oritur duplex impedimentum, scilicet affinitatis, & ne possit cum alia contrahere. num. 74. & quidem in duobus primis dictis omnes conveniunt, in tertio autem dissentiunt plerique Theologi, & plerique canonistæ: sed immeri